

onem Sabbathi, pugnare contra hostes *1. Maccab: 2.* Et Christus eandem legem interpretatus est cum *Luc: 14.* dixit, in Sabbatho licitum esse sanare ægrotos, & asinum è foveâ educere. Altera pars probatur: quia correctio legis per æquitatem supponit defectum legis in casu aliquo particulari non præviso à legislatore. Talis defectus non potest esse in lege divina. Nullus enim casus particularis est, quem DEUS ab initio non præviderit.

§. XXX. Et ejusmodi quidem moderatam legis correctionem, justam limitationem, benignamq; juris interpretationem ipsa circumstantiarum lege non expressarum varietas necessario postulat, nisi summam ex lege injuriam & injustitiam derivare velimus. Quomodo autem interpretatio legum commoda in casibus aliis fieri debeat; nos aliis discutendum relinquimus disputationi nostræ hæc vice imposituri

**F I N E M.**

